

Pars prima de universo.

ociosa. Si postmodum ut nonnulli dixerunt corpus solu ex illa factum est. Sequitur multa que videtur absurdissima. Ubi enim esset fabricatum corpus solis ex illa. Si enim ubi ipsa creata est quod transferri potuit per celos medios ad celum solis quarta die. Non enim modicum fuit corpus lucis illius cum ex ea formandum esset corpus solis quod constat esse tante magnitudinis. Sed de motu illius cum esset naturalis vel violentus vel voluntario quod non habet. Tu autem quicquid horum ponas vides que inde sequatur. Amp. propter quid laudata est bonitas lucis illius. Si non eous bona fuit ut placaret creator permanentia ipsius. Non enim eous propter attollenda erat bonitas cuius permanentia creator non approbavit. Convenienter igitur intelligitur lux illa fuisse vel spiritualis illa luxurio solis intelligentie quam dixi vel splendor: quo illustratum est celum empireum extralibet causarum antedictarum non erit. Neque enim substantie angelice in nocte sue perfectiis diu reliquende fuerunt neque celum empireum abs luce esse debuit. cum eius habitatores ad lucem creati essent. Non enim decet lucidos habitatores tenebrosa habitatio. Sicut neque econverso tenebrosos inhabitatores lucide mansiones. Apparet etiam ita esse ex parte trariis ex proportione. Sicut enim habitatio obtenebratorum scilicet infernus tenebrosa est et fiunt ex quo factus fuit infernus quemadmodum doceberunt in sequentibus si habitatione prætraria luce illa scilicet quam prædicti locundissima non debuit esse tenebrosa. Amp. quis est qui habitacione edificet vel huius vel etiam aialibus et non eam ornem atque decorat omni modo parere per prægenuitatem illorum. Decorandum igitur fuit splendore et imperium celum et etiam tanto splendore ut tota subiacens ei habitatio usque ad nonum celum inde claresceret. De hoc quod sequitur in nomine eiusdem prophetie scilicet quod videt deus lucem et esse bona. tuum est ex aliis tropis et figuris propheticae sermonum istud intelligere. Non enim possibile ut tunc primum lucem videat cum ab ipso facta est. nihil enim addit ex substantie rerum visioni vel cognitioni creatoris. Nihil detrahitur eisdem non existentia ipsorum. Sicut alibi tibi declaratum est in hoc eodem magisterio. Quare intelligendum videtur id est videre fecit vel vidit id est approbavit ac si dictum est de qua placuit ei antequam esset videtur. placuit ei ut postquam facta est esset auctor maneret. Quod autem sequitur. Et fa-

ctum est vespera et matutine dies unius multis horis questiones. Primum quia creatione celi empires subito facta est et in instanti. Impossibile est enim creatione corporis sperici in instantium breviter in tempore et per se in illo. Unde enim inciperet creatione illius cum nulla esset inciperet creatione illius cum nulla pars dignior sit prius creari quam alia. Amp. quid primum creaturum in ipso aut eius superficies exteriorum vel interiorum aut velud eius quidem tantus siue arcus aut emisperium siue per emisperium. Et de superficie quodem manifestum est eam non posse nisi in corpore vel cum ipso. Quocumque autem dictorum modo dicatur cepisse creatione celi illius reddit tibi quod est de inani et sequetur inter duo capita artus humonis esse inane. Inane autem non facit substancialiam ut supra ostendi tibi quare duo capita arcus humonis figura sed circulus. Eadem inconuenientia inuenies in alijs modis. Quis si forte dixerit superiorum partem aquarum et consuetudinem fuisse vel alias stabilitatem atque firmam aut tota igitur coagulatio illa facta est simul aut pars post primum coagulata est. sic fit in aquis que apud nos sunt. Quis si tota simul sic coagulata est. Ut erit igitur est quod dividit quia subito et in instanti creatum est humoris coagulatio non est virtus creatoris per se sed dubio immediata que sic operatur ymo virtus corporalis. Operatio enim in tempore non congruit omnipotenti virtuti creatoris. Causa autem in hoc est quoniam operatio dei humonis per conflictum est et virtus agentis super patiens et paulum eiusdem virtutis prætriarum suarum a corpore contingente. Creator autem hoc sicut non est resistentia in omnibus suis immmediatis sic neque in ora. Quare quicquid operatur per semetipm subito illud operatur vel in instanti. Amp. sic non est creatum sed generatum esset per corruptionem primum celum. et hoc ex illa materia siue aqua siue alia et de ipsa materia reliqua retur eadem questione. Quare abiret genitrix et corruptio in infinitum vel occurreret corpus subito creatum in sua materia vel forma quod et erit immediatum opus creatoris. Qui agitur nullum ex corporibus adeo decet opus esse solius creatoris nec celum primum consequens est ipsum creatum fuisse subito. Similiter et lucem factam subito secundum intentionem quam dixi. Quo igitur dies syna fuit spacium illud siue instantia illa quod creatum est celum primum et a quo me-